

Wilhelm David Habermann

**Rector Academiae Rostochiensis Wilh. David Habermannus, Med. D. P. P. & Poliater Ad Justa Exeqvialia Qvas ... Foeminæ Catharinæ Dorotheæ Henningæ, Conjugi ... Dn. Jacobus Carmon Phil. Et J. U. D. P. P. Hodie Paratas Cupit Omnes O. O. Ac Dignitatis Cives Academicos Qva Fas Est Humanitate Invitat : [P.P. Sub Rectoratus Sigillo d. 18. Dec. An. MDCC.XIV.]**

Rostochii: Wepplingius, [1714]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746482515>

Druck Freier  Zugang




Habermann, W. D.,  
in C. D. Henning,  
uxor. J. Carmon.  
Rost. 1714.

36







RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS  
WILH. DAVID HA-  
BERMANNUS,  
MED. D, P. P. & POLIATER

AD  
JUSTA EXEQVIALIA  
QVAS  
PRÆNOBILISSIMÆ ATOVE VIRTUTIBUS FULGIDIS-  
SIMÆ FOEMINÆ

CATHARINÆ  
DOROTHEÆ  
HENNINGÆ

CONIUGI SUE DESIDERATISSIMÆ  
VIDUUS MOESTISSIMUS  
VIR EXCELLENTISSIMUS, PRÆNOBILISSIMUS  
SULTISSIMUS DOMINUS



DN. JACOBUS *Carmon*  
PHL. ET J. U. D. P. P.

HOD' E PARATAS CUPIT  
OMNES O. O. AC. DIGNITATIS CIVES ACADEMICOS QVA  
FAS EST HUMANITATE INVITAT.

---

ROSTOCHII,  
Typis JOH. WAPPLINGI, SEREN. PRINC. & UNIVERS. Typogr.



Eniam præfabor, O. O. CIVES  
HONORATISSIMI, quod  
præter morem juxta ac Pro-  
grammatis exequialis genium  
& indolem hîc, plus justô, ex-  
tra oleas, ut ajunt, ferar, Vos-  
que à viâ regiâ in viam devi-  
am, ad urbes sc. montes & flu-  
mina, ( insolita sanè funebris

scriptionis exorsa ) per tædiosos anfractus & mæan-  
dros seducam. Ansam mihi hujus in manus ultrò  
tradidit *unum* saltem, in quod, cum has funestas lineas  
scribere pararem, casu incidi *vocabulum*; Voca-  
bulum, quod mœstissimi hodiè VIDUI præclarum  
nomen CARMON accuratissimâ exscribit analogiâ:  
Reperi illud in *Carol. Stephan. Dictionar. Geograph.*  
*p. m. 584.* hujus tenoris :

„ CARMON est (1.) Urbs Hispaniæ Bæticæ. Est &  
„ (2.) Locus in Messeniâ, & (3.) Templum Apollinis  
„ in Laconiâ, & (4.) Mons in Peloponneso, & (5.)  
„ in Achajâ flumen.

O *multi nominis Nomen!* O diffusa *Nomini* CARMON cele-  
britas! Unius regionis angustia cùm tanti *Nominis* am-  
plitudinem non capiat, *Ejus* monumenta per regiones  
longè diffitas & à nostratium consortio remotissimas  
diffeminata sunt. *Nomen* sanè! quô non alterum aut ex-  
tentius memoriâ, aut antiquius profâpiâ in omni Ger-  
maniâ nostrâ reperitur. Ab *Eteobutadis* CAR-  
MONES genus ducere fermè crederem, ita diuturni-  
tate sui *Nominis* ipsam vastam temporum adæqvant  
profunditatem. Dubius hinc relinquor, an *loca* illa  
à famosâ CARMONUM *familiâ*, vel an *hac* ab *illis*  
famigerabilem traxerit denominationem. Cum igitur

tur hoc augustum *Vocabulum* CARMON cum inclyto  
*Nomine* nostri VIDUI confero , turbidaque ( in quæ  
ILLUM adamatissimæ suæ quondam , nunc eheu!  
desideratissimæ costæ superstitem acerba maximè fa-  
ta conjecerint ) insimul considero , non mihi tempe-  
rare potui, quin palabundus hic divager, & ipsum VI-  
DUUM in præsentî statu i. e. summo luctu & mœrore  
constitutum, cum hoc proluxi ambitûs *Vocabulo*, cum-  
que *locis*, illo denotatis, quadantenus , quoad ejus fieri  
potest , componere mihi sumam, illudque præsentî-  
bus EJUS vicibus , suspensâ licet manu , applicare .  
Sed probè scio , si mihi datum esset , omniâ *locâ* hoc  
*Vocabulo* insignita emetiri , illaque sigillatim & juxta  
melam , ut ajunt , percontari , plagulas hæc obori-  
turæ inde prolixitati non suffecturas; Defunctoriè  
igitur ex omnibus pauca , ut canis è Nilo , delibabo,  
& dum me confero (I.) Ad CARMON urbem *Hispaniæ*  
*Batica*, succurrit sanè hic mirari , quod *nomen* CAR-  
MON ad ipsum *littus Hesperidum* & *extremas Herculis*  
*columnas*, ultimos nostri orbis angulos, provectum sit.  
Sed anteqvàm ex *Hispaniâ* discedamus, meminisse hîc  
juvabit, quod quidam *Hispaniam* à græco vocabulo  
*Σπείριον* ob locorum asperitatem dictam suspicentur,  
cùm *Strabo L. 3. affirmet* plagas aliquot *Hispaniæ* ad hæ-  
bitandum incommodas dari, ob asperitatem scilicet  
regionis & cœli inclementiam. Quid noster VIDUUS?  
nonne in hæc suâ luctuosâ conditione rationem habet  
cum *terrâ tali deserta & aspera, salsa & amara.*

*quæ culmo dominatur inani,*

quæque nullo fructu felicitatur; cujus ager non am-  
plius segetem animat, utpote quæ lachrymarum hu-  
moribus depressa & extincta jacet: Ad hæc impor-

)2

tuna



tuna Mortis manus unum *unicum* saltem hujus agri  
properanti suâ falce rotavit *florem*, pungentes re-  
linquens spinas & carduos. In *Hispaniâ* flores dari  
*testatur Ferrar. in Flor. L. 2. c. 8.* qui ab animæ prodi-  
gâ expiratione exanimato similes sunt & exanguico-  
lore pallidi; Ejusmodi florum naturam & nostrum  
VIDUUM ob alterius suæ animæ expirationem in-  
duisse, quis hodiè inficiabitur? *Hispania* dicitur alias  
*Hesperia* ab Hespero Stella, quæ vesperi ad occiden-  
tem apparet, propterea quod hæc regio omnium ex-  
trema sit ad occidentem; Nostro VIDUO in simili  
*Hesperidâ* locus est, dum IPSI *vespera*, imò

*nox incubat atra*

acerbi luctus & mœroris; ad *Hesperiam* enim vel *Vesperam*  
Occidentis gaudii & lætitiæ damnatus est, nam

*Hesperio* langvens cum SOL jubar æquore mergit

Lætitiæ & nitidum fuscis caput occulit undis,

Tunc mundi species vestitu involuitur atro,

Ipsaque *Caligo* conturbat pectora *noctis*.

Sic & cuncta nostra gaudia luctus absorbent; & vel  
*unciales* evanidæ lætitiæ *litora* suffusâ mortis liturâ ex-  
punguntur, imo ipsi HESPERIDUM horti, crudâ  
satis metamorphosi, in tristia cœmeterii tesqva al-  
terantur. Nunc ex *Hesperidâ* pedem porro prolaturus  
fumus

(2) Ad CARMON locum in Messeniâ. Sed quia  
loci hujus nil certi apud Stephan. c. l. determinatur,  
utrum sc. urbs, vel mons, an aliud hujus quippiam  
sit, illum nihil morantes, regionem ipsam tantummodo  
& quidem properante oculo & pede usurpabimus. *Messa-*

*se-*

seniam deducimus à græco μέσος (vel μέσος pœtice)  
quod idem ac *medius*, & ἴσος, quod *annus* est; ut *Messenius*  
perinde sit ac *medius annus*. Respondet op-  
pidò Fatis *VIDUI* vox *Messenia*, utpote *QVEM* in *Messenia*  
i. e. *mediis annis* & eximio ætatis flore svavissima  
sua destituit socia, & cum in eo esset, ut uxore suæ  
juventutis exhilarari debuisset, præmaturo illius ab-  
itu & obitu in *mediis annis* spes hæc decollavit.

Ulterius progredientes deferimur.

(3) Ad *CARMON*, *Templum Apollinis in Laconiâ*,  
*Templum*, ut vult *Laur. Bayerlinck*, vocatur ab an-  
tiqvo verbo tueor, quod idem est ac intueor seu  
conspicio, unde *templum* à tuendo i. e. conspiciendo,  
quod ex omni parte, vel omnis pars ex eo conspici  
possit. *Isidorus l. 15. c. 4. Tempia*, inquit, dicuntur  
quasi tecta ampla, vel quod suâ capacitare & ampli-  
tudine plures tegant. Præter numerosos alios et-  
iam hunc admittit significatum vox *Templum*, quod  
pro domicilio, habitaculo & sede accipiatur, sic *Div.*  
*Paulus* corpus nostrum *Spiritus Sancti templum* ap-  
pellat; ita & virtutum, castitatis, Svadæ &c. *templum*  
dicimus quæquam summè virtuosum, castum, elo-  
quentem. *TUTELARIUM* hujus templi si respicimus,  
*APOLLO* est, qui inter alia reperisse dicitur artem  
*Rheticam* & *Oratoriam*, ut est author *Artemido-  
rus*. Regio, quæ hoc *Apollinis templo* superbivit, est  
*LACONIA*, incolis gaudens pauciloqvis quidem, sed  
ingeniosis in dicendo, prelixam loqvacitatem odiô  
plus quàm *Vatinianô* prosequentibus, hinc emanavit  
*Laconismus* i. e. breviloquentia, seu ingeniosa in  
dicendo brevitatis.

Hæc de *Templo*, *Apolline* & *Laconiâ* seorsim quæ  
dicta

dicta sunt, ad amissim cum nostro CARMON quadrare evidenterprehendimus. Virtus enim, comite fortunâ, IPSUM promeritorum suorum pinnis in eminentiorem honoris locum sustulit, ubi fundatis in fastigio vestigiis, ex omni parte vel ut templum ILLE suspiciatur, vel unde ILLI in subjectos valles despiciere liceat. De templo Apollinis Delphici memorat Justinus l. 24. c. 6. quod in M. Parnasso positum fuerit. Paucis hisce vivaciore sanè ichnographiâ noster Parnassus & Apollinis in eo Templum, nobis ita adumbratur, ut penitior applicatione superfedere possimus, cum & Hujus & in Laconia Apollinis Templi nomen, nominis sui felici omine, noster CARMON sibi vindicet. In nostro enim Parnasso Ut Templum Apollinis i. e. Academiae nostrae Orator felicissimus, positus est, cui Laconica i. e. ingeniosa in dicendo praesto est brevitatis, dum longos verborum ambitus momentoso includere novit compendio.

Sed o subitam & feralem rerum catastrophem! eminens hocce brevi antè Apollinis templum derepentè in triste definit sepulchrum; templum enim Virgilio idem valet ac sepulchrum l. 4. Æn. in his versibus:

Præterea fuit in tectis de Marmore templum  
Conjugis antiqui, miro quod honore colebat  
Velleribus niveis & festâ fronde revinctum.

Nemini igitur absolum videatur

Quod fidus Viduus costæ sit triste sepulchrum.  
fidus isq; conjugalis amor hoc suò quodammodo jure  
exigit. De tumulo enim ut moestissimus Viduus exanimus  
suae defunctæ corpori piè prospexit, ita & ejus animo  
sepulchrum pulchrum excitavit, amoris, pietatis &  
doloris monumentum. Corpori monumentum lapidibus; ani-

animo, memoriã jugem & nunqvã intermorigurã po-  
fuit. Nam ut ejus oblivioni obluſctetur, *ſepulchrum* dum  
corrupturo corpori *corruptibile* molitur, immortalĩ  
animo eãdem operã immortale poſuit monumentum

*Quò queat uxoris contumulare animum.*

Conſentaneum igitur ut piis uxoris Manibus monu-  
mentum, ex quo illis majus immortalitatis lucrum  
obveniret, erigat, pectus ipſe ſuum velut in locum  
aræ ultrò exhibet; defunctã ipſã materiante: Mate-  
teriæ enim apparatus, huic monumento exſtruendo  
neceſſariũ, IPSA in vitã ſtudioſiſſimè in unum locum  
apportavit, nempè modeſtiam, pudicitiam, conſtanti-  
am, pietatem, diligentiam, peritiã curandæ rei fa-  
miliaris, aliasq; dotes, qvarum non adeò ferax no-  
ſtrum ſeculum,

Ex TEMPLo hõc pedes referentibus extemplõ  
aſurgit nobis (4.) *Mons CARMON in Peloponneſo. Mon-  
tes ſunt prægnantia terra ubera, ex quorum reſſibus  
& imis adytis mortales ſuas hauriunt & depromunt  
gazar & divitias, ut inde montes, præminentia copia cor-  
nua; dici meritò mereantur. Mons noſter CAR-  
MON parili modo omnium ſcientiarum præmius præ-  
mius eſt, quem nativæ indolis bonitas & edecumata  
eruditio largo penore inſtruxit, utpote*

Qui, ſeu Theologi ſeu res tractanda pœtæ

Seu res Conſulti, ſeu quoque lemma ſophi,

Eſt ſcitã ratione ſuas defendere partes

Promptus & expertos antevenire viros

Infabulis eſt *Oſſam* montem *Pelio monti* ſuperimpoſitum  
uiſſe. *Noſter mons CARMON* ex his fabulis facit hiſto-  
riã, dum ILLE verè noſtro ſuperimpoſitus eſt Par-  
naſſo, ubi Muſarum earumque præſes Apollo docta ſua

con 7

concelebrant conciliabula. De Monte Sapienium in  
Indiâ ad Hydaspin fl. sitô, refert Philostratus, quod  
illum nec mille Achilles nec ter mille Ajaces  
expugnassent, eò quod cœlestibus præsiidiis munitus  
& fulminum terroribus circumvallatus sit. Montes  
licet sint (ut SAVEDRA Polit. Symb 50. asserit) favori-  
bus Jovis propiores, unâ tamen etiam ictibus ful-  
minum ejus magis sunt expositi, nam circa illorum  
tempora coguntur nubes, ibi armantur tempestates,  
illi verò primi omnium, in quos furore suo desævi-  
runt, ut locum hic obtineat illud diverbium; quò  
quis propior Jovi, eò propior fulmini, vel ut Chri-  
stiano ore dicam: quò quis propior & amicior Deo,  
eò durior ejus conditio. Hujus veritatem & noster  
Mons CARMON luctu licet suo, expertus est, cum  
jam in Acrocerannâ transmutatus videtur, dum casu  
dilectæ quondam suæ quasi sideratus, fulmine defu-  
per totus concutitur & prosternitur. Prope Atlan-  
tem montem omnia silere, haud aliò quam solitudi-  
num horrore refert Plin. hist. l. 5. c. 1. Montem no-  
strum CARMON pariter horrida solitudo ac ferale &  
triste silentium nunc occupavit, dum soli planctus,  
ploratus, ejulatus & nœniæ (solitudinum mancipia)  
ipsius jugum infestant, ut *Domus silentium* haud in-  
juriâ dici promereatur. Eundem Atlantem largis  
fontium scatebris riguum esse testatur Plin. c. l. No-  
ster Mons CARMON largis æquè lachrymarum sca-  
tebris hodiè riguus *Mons Lachrymarum* aptissimè dici  
potest. Nam ubi, nisi hic, lachrymæ hospitantur?  
Mons hîcce quantus quantus est, fistuloso constare vi-  
detur induvio, cujus singulæ cavernulæ suas exudant  
lachry.

lachrymarum pſecades, quæ ſenſim in decumanas  
concreſcunt guttas, hæ in rivulos colliguntur, qui  
denique in fluvium ſe proterminant, ut verè hic  
habeamus

(5) CARMON fluvium in Ach! aia! *Fluvium*  
ex lachrymarum rivulis concretum; *fluvium*, qui  
omnem ab hoc Monte priſtinum abluit nitorem; *flu-*  
*vium*, qui nec ſuo continetur alveo, ſed & cir-  
cumjecta rigat corrivalia pignora, quæ liberali  
mœrore parentale ſuum gemunt diſpendium, quod  
non fit ſine magno lacrymarum diſpendio. Jactu-  
ra, quam noſter CARMON paſſus, major lacryma-  
rum guttis, talem ſibi expoſcit fluvium

*Cujus ſunt Oculi ſcatebra; præcordia, vena;*

Amiſit enim partem animæ ſuæ deliciolaſam, domûs  
cordisq; columnam, navam procurandæ domus mi-  
niſtram, parentem in prolem ſtudioſam, fidam tha-  
lami & utriusq; fortunæ ſociam, qualis fuit ſuo Or-  
pheu Euridice, Admeto Alceſtis, Ulyſſi Penelope,  
Manſolo Artemiſia, Flavilla Theodoſio, Cornelia  
Gracho, Julia Pompejo, O igitur infeliciffimum  
viduum, qui tali uxore, quam Lacones dixerint  
BONAM, felix fuit.

Ut verò etiam poſteris innotefcat, quâ uxore sæ-  
pius laudatus Viduus orbatus fuerit, jam eâ, quâ  
par eſt, conſvetudinis ratione, paucis pandemus  
ortum hujus optimæ ſceminæ clariffimum. De  
nomine HENNINGS ſ. HENNINGUS in ante-  
ceſſum obiter hæc inſpergere licebit, quod *illud* non  
abſonâ nec longius attractâ deductione originem tra-

XX

he-

here videatur ab HEMINGUS, quô nomine insigni-  
tus fuit Rex quidam Daniae, qui foedus cum Carolo  
Imperatore icit Anno salutis 812. testante Steph. l c.  
p. 1022. Si itaqve literæ M. in hoc nomine HE-  
MINGUS, unica saltem lineola s. Virgula adjiciatur,  
perfacile fit HENNINGUS. *Qvæ* nostra sententia  
inde confirmatur, quod HENNINGI genus suum  
ex Norwegia Provinciâ Daniae subjectâ Imperio deri-  
vent. Cœterum frui cœpit honoratissima foemina  
fragilis suæ vitæ usurâ Anno partæ per Soterem salu-  
tis M.DC LXXIIX. d. 1. Maij hic Rostochii, Paren-  
tibus & Majoribus fata Clarissimis: *Genitore* quidem  
*VIRO Maximè Reverendo & Illibatâ pietate singulariq. in*  
*sacris Zelo famigerabili* DN. SIMONE HENNINGIO,  
*S.S. Theol. Doctore, ac Templi Cathedralis, ut & Cœno-*  
*bii ad S. Crucem Pastore vigilantissimo, meritissimo. Geni-*  
*trice* autem Foeminâ Nobilissimâ eximiisque virtuti-  
bus conspicuâ ANNA DOROTHEA Brunen. A-  
vum Paternum agnovit Virum pl. Rev. atqve Cla-  
rissimum Dnum M SIMONEM HENNINGIUM,  
tunc temporis Ecclesiæ ap. Hafnienses Teutonicæ,  
postea vero templi Cathedralis apud Bremenses Pa-  
storem meritissimum. Aviam Paternam laudat  
Foeminam lectissimam MARGARETHAM Quinsin-  
gen. Avum Maternum habuit Virum Spectatissi-  
mum & Circumspectum Dnum. JOACHIMUM  
Brunen / Civem & Mercatorem hujus Civitatis pri-  
marius Cassæqve Provincialis Præfectum. *Avia*  
*Materna* fuit Foemina Ornatissima ANNA Meine-  
cken. *Proavus Paternus* extitit Vir pl. Rev. DNus  
AM-

AMBROSIUS HENNINGIUS, Pastor Ecclesiæ.  
ad Div. Martini, quæ Bergæ est in Norwegiâ meri-  
tissimus *Proaviam Paternam* habuit Fœminam vir-  
tuosissimam WENDULAM Eggers.

His Præclaris Parentibus & Majoribus ortum su-  
um debet B. Nostra. Statim post nativitatem divini-  
orationis sacramento renata est, cujus memoriam  
ad pietatis studium, semper ut sibi in animum revo-  
caret, nomen CATHARINA DOROTHEA acce-  
pit. A juventute nihil neglexere optimi Parentes,  
quicquid ullo modo è re bene educandæ hujus stir-  
pis putarunt, quod adeo feliciter etiam ipsis cessit,  
ut spei parentum, si fata illos diutius superstites esse  
voluissent, omni ex parte responderit, dum omni-  
bus virtutibus juxta pietatem, reliquarum facilè Re-  
ginam, adsuevit. Crescente sic ætate, animoque vi-  
ribus indies auctiore facta, accedente morum singu-  
lari integritate, quam formæ venustas commendabat,  
honestissimis his invitamentis illectus est supra me-  
moratus *Excellentiss. DN. D. CARMONIUS*, ut eam  
Ao. 1705. thoro animoque receperit. Neque divinâ  
benedictione destitutum fuit hoc auspicatissimum  
conjugium, quippe in lucem Marito suo dedit uni-  
cum filium HENRICUM SIMONEM (quem cœlum  
Parentibus brevi tempore commodatum jure suo re-  
petiit.) & tres per DEI gratiam superstites filias,  
ANNAM DOROTHEAM, SOPHIAM MARIAM,  
& CATHARINAM ELISABETHAM infantiam  
nondum egressas.

Quale autem fuerit morborum genus, quâ cum

)( ) 2

B. no-



B. nostræ luctandum fuit, quodque tandem vitam  
ejus extinxit; pluribus edisseret Vir Illustris Excel-  
lentiss. ac Experientiss. Dn. Consiliarius JOH. ERN.  
SCHAPERUS, Medicus famigeratiss. & in hâc  
Acad. P. P. Ducalis Ordin. & Archiater Ducalis Me-  
cenburgicus Dn Collega, Fautor & Amicus singu-  
lariter colendus, qui pro summa sua experienciâ,  
vigilantia ac dexteritate ea adhibuit medicamina,  
quæ ars Pœonia unquam novit præsentanea, sed  
quo successu, Excell. Medicus ipse in exhibita relatio-  
ne nobis dabit, quæ ita sonat.

*Morbus, qui B. N.  
tandem funestus fuit, Colica biliosa erat, qua suis dolorosis  
frequentibus spasms & hypochondrium sinistrum ocu-  
pantibus & ad dorsum excurrentibus agram sæpè sæ-  
pius in tantam conjiciebat anxietatem, ut præ doloribus quo  
se verteret ignoraret, hisce dolorosis spasms jungebantur  
frequentes ructus molestissimi, quos excipiebant Vomitus  
non assumtorum modo, sed & biliosi tam frequentes ve-  
hementesq. ut sæpè sæpius, præter alia varia præternatu-  
ralia sincera bilis magna copia evomeretur. Ab hisce dolo-  
rosis symptomatibus tandem quandoq. quidem libera erat  
agra & dies unus aut alter quandoq. plures præteribant,  
in quibus spes sanitatis non levis affulgebat, sed mutabilis  
erat, & recurrentes ad vomitum stimulantés ructus comi-  
tem iterum frequentem bilem vomitu prodeuntem habe-  
bant; sic pristinas vires capiebat pristinus morbus & simul  
viribus exuebat agram necessariis, ut hinc non tantum  
emaciaretur sed simul debilitata tandem & frigore sæpius  
recurrente insigni & astu febrili correpta ex acie biliosa  
non compeseibili (dum bilis quasi ex fonte inexhausto in  
ventri-*

ventriculum continuò regurgitare videbatur) in lethalem  
ventriculi inflammationem precipitaretur. Hoc rerum  
statu miserimam agra agens vitam, omnibus exi-  
ta vi-  
ribus, cum morte vitam placide commutabat, nam tot reci-  
divis resistere, medicaminibus vel exquisitissimus inanis  
erat efficacia.

Cum extremum vitæ terminum præsentiret, omni  
conatu id meditata, ut DEUM sibi redderet propi-  
tium, hinc accersito pridie beatam analysin Confes-  
sionario Dno Pastore HEINRICO BECKERO S. Synaxi re-  
fecta gratias devotissimas Salvatori pro salutari hoc  
viatico dixit; noctem dein insomnem egit, medita-  
tionibus tamen sacris adprimè confectam. Hora II.  
matut. Maritum vocari iussit, cui jam jam instare  
Conjugii dissolutionem nunciavit, addito; Du bist  
mir ein lieber Mann gewesen. Cum verò sympto-  
matibus agonizantibus se subduceret primò mari-  
tus, circa horam sextam matutinam revocatus be-  
nedictionem impertita est lingua jam jam labenti  
dicens; **GOTT** segne dich und vergelte dir alle  
deine Liebe / **GOTT** stärke dich / sey forthin Mann  
und Vater bey deinen Kindern / die ich auch schon  
gesegnet und sie **GOTT** befohlen habe. Quo dicto,  
unicæ Sorori **MARIÆ ELISABETHÆ** valedixit;  
cum additò: Ich komme **GOTT** Lob! zu mei-  
nem **HEMANN** / habe Dank für alles gutes/  
und laß dir meine Kinder befohlen seyn. Cumque  
crescerent symptomata, versiculum recitavit: Ich  
habe vor mir eine schwehre Reiß ic. Sedulo ad-  
stantibus, ut preces ad DEUM pro dissolutione

XXX 3

beni-

benigna funderent, admonitis. De palpitationibus cordis indeque redundantibus asthmatibus valde ex hoc conqvesta diem totum in tali statu peregit, inter alia exclamans: Ach was muß ich kämpffen / doch werde ich eine schöne Krohne darauff kriegen; & circa decimam vespertinam inopinatò exclamavit: Bald! Bald! Ach HERR JESU. Nec multò post inter qverula lamenta & complorationes amarissimas exanimis ferè mariti, rigidorumqve mœrore liberorum placidè spiritum DEO reddidit d. 4. Decembr. a. c. postquam in hoc miseriarum & lahrymarum valle triginta sex annos, septem Menses & 3. dies honorificentissimè confecerit.

Tu verò Mœstissime VIDUE, Honoratissime Dn. Collega, qui sub præsentis ærumnæ enormi gravitate cum lamentantibus & obyagientibus parvulis tuis prostratus gemebundusq; jaces, confirma Te ipsum. Effice levius, patienter ferendo onus, quod paterna Dei tui manus imposuit; Et licet unus *dies* tuas tibi delicias, tua gaudia in diversa converterit, TU non exspecta longum illum diem, qui TIBI adimat ægritudinem, sed anticipa illum more, ut nosti, philosophico. Admitte monitum, quod IPSA B. tua sub discessum tibi reliquit, quod sc. de hinc uterq; parens tuis liberis esse velis. Illa ipsa dulcissima pignora nunc te non ad dolendum, sed ad consolandum vocant, ut, cum Te vident, matrem sibi non ereptam sciant, in Te eam recognoscant, in Te ejus amplectantur præsentiam. Ignoscendum,  
qvi-

quidem est dolori tuo, cujus luculentissimam cicatricem animo circumfers, nec tuæ accusandæ lachrymæ, quid enim amiseris, omnes scimus: Non mirum proinde est, hoc casu, (dum oculi tui orbatus es pupillâ,) Te tenerrimè tangi & propè dejici; Stuporis enim non fortitudinis est, rebus tam tristibus non moveri nec affici. Pridem est, cum Stoicorum *ἀμαρτία* renunciavimus; nemo ergò, nisi amentis mentis, Te ad Illorum scholam relegabit, in qua frigida hæc audies solamina: *Facilem esse etiam bonæ uxoris jacturam, quod nemo de perpetuâ ejus bonitate certus esse possit; multos numerari posse, quibus bonam uxorem lugentibus successerit melior. Senec. de remed. fortuit.* Parili ratione abominor intempestivum illum utriusque fortunæ, hæc in parte, medicum Franciscum Petrarcham, qui in sacra thori jura injurius, Viduum uxoris mortem lugentem hoc imbecilli, sicco & exsucco solatio erigere conatur, quod exhibet L. 2. Dialogo XVIII. *DOLOREM inter & RATIONEM instituto, hoc tenore.*

*DOLOR: Uxorem heu! perdidit. RATIO: O praposterum ingenium, stolidumque hominem, qui uxoris in funere lugeat, saltet in nuptiis. DOL. Uxorem perdidit. R. O demens, hymeneum cane. Magno pralio vicisti & longâ obsidione liberatus es. D. Uxorem perdidit R. Sic dicis perdidit, quasi qui febrim perdidit & scabiem. Interdum lucri spes est, perdere. D. Uxorem perdidit. R. Nunquam tibi fortassis opimiozem quastum una lux attulit. Quantis compedibus elapsus es, quanto naufragio enatasti? D. Sed Uxorem bonam perdidit. R. Solent & id quidem omnes dicere*

dicere & qui contrarium sentiunt, cum bona uxor vel  
omnino Mulier bona, rarum mirumque animal sit in terris;  
quamobrem qui malam habuit, similem timeas; qui bo-  
nam, similem ne speret. D. Amissa dulci conjugē solus  
sum. R. Invidiosa verò solitudo est, malis caruisse comi-  
tibus. Vacuo nihil est mollius cubili, nil durius occupato.  
Nihil egregiis cæptis infestius muliebri consortio. Quorsum  
igitur querela? Perdidisti Uxorem, invenisti libertatem,  
cælibatum, pacem, somnum, requiem. Jam tranquil-  
lam sine litigio noctem agis. Stulti est, compedes suas  
quamvis aureas, amare. Hactenus ille. Sed abeat quò di-  
gnus est, vanus hic solator cum suo misero & jeju-  
no solatiolo. Tu longè efficaciora è fontibus sacris  
ad compescendum tuum luctum hauries solamina,  
quæ ut tibi applices, in eo omnis esto. Lachrymis  
perinde & dolori temperabis, & monearis hic infi-  
mul exemplo Diogenis Cynici qui teste Stobæo, in ad-  
versis canillare solebat: Euge o Fortuna, quod virili-  
ter me tractasti. Plura, non addo.


Vos autem, O. O. Cives Academici, eâ, quâ  
fas est, humanitate, rogo, ut beatissimæ animæ  
exuvias conditorio suo hodiernâ luce inferendas  
frequenti præsentia comitari, hocque ultimo of-  
ficio, de piè defunctâ & mœstissimo simul

VIDUO benè mereri  
velitis.

P. P. Sub Rectoratus Sigillo d. 18.  
Dec. An. MDCC. XIV.

Conventus fiet in Æde Jacobæa hor. I.












ventriculum continuè regurgitare videt  
ventriculi inflammationem precipitaret  
statu miserissimam agra agens vitam,  
ribus, cum morte vitam placide commuta  
divis resistere, medicaminibus vel exq  
erat efficacia.

Cum extremum vitæ terminum pr  
conatu id meditata, ut DEUM sibi  
tium, hinc accersito pridie beatam a  
fionario Dno Pastore HEINRICO BECKE  
fecta gratias devotissimas Salvatori p  
viatico dixit; noctem dein insomnen  
tionibus tamen lacris adprimè confed  
matut. Maritum vocari jussit, cui j  
Conjugii dissolutionem nunciavit, a  
mir ein lieber Mann gewesen. Cum  
matibus agonizantibus se subducere  
tus, circa horam sextam matutinam  
nedictionem impertita est lingua ja  
dicens; **GOTT** segne dich und v  
deine Liebe / **GOTT** stärke dich / sey  
und Vater bey deinen Kindern / die  
geseget und sie **GOTT** befohlen hab  
unicæ Sorori **MARIÆ ELISABET**  
cum additò : Ich komme **GOTT**  
nem **HEMUND** / habe Danck fü  
und laß dir meine Kinder befohlen se  
crescerent symptomata, versiculum  
habe vor mir eine schwehre Reiß z  
stantibus, ut preces ad DEUM pro

))) 3



halen  
cerum  
a vi  
reci  
manis  
mni  
opi  
nfes  
i re  
hoc  
lita  
a II.  
tare  
bist  
pto  
ari  
be  
enti  
alle  
um  
hon  
sto,  
xit;  
nei  
ces/  
ve  
sch  
ad.  
E  
li.